

et Dardi scribanis dicte galee, condemnatis per officiales predictos in Libris XXV. parvorum pro quolibet, quia non presentaverunt quaternos dicte galee infra terminum antedictum. Quod a dicta pena similiter absolvantur. Et officiales respondent ut supra.

[V, 64.]

## 321.

1338, Giugno 29.

*Dono d'un bastimento vecchio al Re.*

Quod concedatur et detur Domino Regi Hermenie unum lignum vetus de nostri Arsenatus, de banchis XX, conducendum ad partes Hermenie, cum coredis necessarijs, pro illo pretio quo fuerit estimatum ; et hoc consulunt Patroni arsenatus.

[VII. 110.]

## 322.

1344, Agosto 9.

*Perdono a Zambone di Mantova, per aver portato a Venezia quattro sacchi di Bombace.*

Cum Zambonus de Mantua jam annis XX fuerit famulus et servitor ut dicit, condam patris Ser Leonardi de la Dina, et cum ipso Ser Leonardo et suis factoribus in Venecijs, in Cipro et in Armenia, et ultra mare, sicut ei placuit et ordinavit legaliter exercendo facta sua; Et de illo quod in dicto tempore lucratus fuerat de mercedibus et salarijs suis, emit et misit Venecias Sachos IIII Bombicis, cum aliis sachis: credens id posse facere quia de sua mercede, quod si maliciose fecisset sibi per alium modum providisset, etc.

[X. 46, t<sup>o</sup>.]